Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26048
Copyright: Admont, Benediktinerstift



spiciunt quia deus nobis ad
omnia uerba non respondet qa
semel loquetur deus et sancto idip
sum non repetit idem cogitationibus
ut temptationibus singulorum non
iam passim per prophetarum uo
ces non per angelica officia satis
facit quia in scriptura sacra
quia potest singulis euenire com
prehendit atque in illa per ex
empla precedentium etiam uitam
sequentium informare curauit
quamuis quod ait semel loqui
tur deus et sancto idipsum non re
petit quia uidelicet hoc ipsum ui
bum idem filium non nisi unicum
genuit. Quod autem non ait locutus
est sed loquetur non uidelicet tempus
preteritum sed futurum ponens.
liquet omnibus quia dominus tempus
nec preteritum congruit nec fu
turum. Tanto ergo in eo quodlibet
tempus ponitur libere quanto
nullum uere. Neque enim quodlibet
libere dici poterat si saltem
unum proprie diceretur. Inde itaque
dici in domino tempus audacter
quodlibet licet unde in eo dici
proprie nullum licet. Verbum
namque pater sine tempore ge
nuit. Et quis digne fari
queat illam ineffabilem natiui
tatem quod de eterno natus est coeter
nus quod existens ante secula ge
nuit coequalem. quod gignenti
natus posterior non est. Que
uidelicet nos mirari possumus
sed intueri minime ualemus.
Illius autem natiuitatis uim
iam mirari posse aliquate
nus uidere est. Sed quomodo uidemus
quod nequaquam comprehendimus.

Est autem quod de usu carnis tra
here ad sensum spiritus debemus.
Nam siquis in tenebris clau
sis oculis iaceat atque ante eum
subito lucerne lumen erum
pat clausi oculi eius ipso ad
uentu luminis feruntur ut
patescant. Cur ergo turbati sunt
si clausi nichil uiderunt.
Hec tamen perfectum aliquid fuit
quod clausi uidere potuerunt. Nam
si perfecte totum uidissent cur
aperti quererent quod uiderent.
Sic itaque sic sumus cum de in
comprehensibili natiuitate in
tueri aliquid conamur. Eo ipso
enim quo fulgore animati
onis percutitur animus. et qui
uidet quod uidere non ualet.
uelut in tenebris positus uim
lucis oculus clausus uidet.
Quia uero hec diuine natu
re secreta admiratio non fa
cile occupatis per terrena desi
deria mentibus innotescit. ap
te dei locutio qualiter ad nos
fiat insinuat dicens. Per
somnium in uisione nocturna
quando irruit sopor super homines
et dormiunt in lectulo. Quid est
quod per somnium nobis locutio
diuinitatis innotescit nisi quod
dei secreta non cognoscimus si in
terrenis desideriis uigilemus.
In somno enim exteriores
sensus dormiunt. et interiora
cernuntur. Si ergo interna con
templari uolumus ab exter
na implicatione dormiamus.
Vox uidelicet dei quasi per som
nium auditur. quando tranquil
la mente ab huius seculi actione